



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XCIX. An bonis operibus redimi poßit remanens pœna temporalis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO C.

An bonis operibus redimi possit remanens pœna temporalis?

LVTHERVVS in *Affert*, art. 5. etsi nomen Satisfactio- nis respuit, pœnis tamen sponciandis manum Dei posse præueniri concedit & auerti. Sic & Martyr Ken- nitijs, cæterique Lutherani.

CALVINVS *Iust* l. 3. c. 4. §. 30. peccatorum pœnas vllis operibus redimi posse negat.

SVADET Calvinus ita. 1. Nullis operibus delicta procurare iubet; sed sola sacrificia in expiationem requirit. quod ita testari vult, vnicum esse Satisfactionis genus. Nam sacrificia Israelitarum non hominum opera censebantur; sed vnico Christi Sacrificio estimabantur. 2. Peccata tua eleemosynis redime: Non voluit significare, Iustitiam & Misericordiam esse Dei propitiationem, & pœnarum redemptionem. Absit enim ut alia vnquam fuerit ἀπολύτρωσις, quam Sanguis Christi.

AV T O R. I. Pœnæ Purgatorii redimi possunt operibus pijs. patet p. 1. sup. 2. Pœna in hac vita sunt aliquando necessariò tolerandæ; vt irredimibiles: vt Mors omniũ. Mors filii Dauidici: 2. Reg. 12. Moylis ex terra promissâ exclusio; q necorans fuit exauditus, Deut. 3. 3. Aliquando pœnæ hîc redimi possunt: Sic Niniuitæ, Iona vlt. pœnas auerterunt. Id, 2. Par. 7. promittit Deus Ierem. 18. Daniel. 4. Peccata tua superbiæ, rapinæ. &c. eleemosynis redime. Nam, Tob. 4. Eleemo- syna ab omni peccato, & morte liberat.

DI C O A D I. Assumptum vtrum- que falsi arguit S. Scriptura: adeo multa docet esse satisfactoria, præter sacrificia. Et hæc respectabant ad & Vnicum Cru- entum, & ad Incruentum specie vnum, numero multa.

AD II. Patet solutio: Non voluit se Deum dicit; non docet, Calvinus: nec alius docuit hæctenus.

Quæ.

AV T O R. Pœnæ temporales remanent sæpè, post remissam culpâ; & ex- remittuntur in vita Futura ex Condigno: in præsentia, ex Congruo: 1. Teste S. Scri- pturâ in *Antichristop*. 3. q. 38. 2. S. Chryf. ibid. ait: Deus videt, quod peccatû ipsis non minus damnosum sit Non puniri: propter hoc imponit pœnam. Et ne inulti efficeremur de- teriores, non remisit supplicium: sc: Vtilitatē magis quàm Vltionem intendit. Iuxta Olex 6. Misericordiam volo, non Sacrifici- um. S. Aug. ibid. c. 33. 34. Pœnas, Dei ami- cos affligentis, esse materiam dicit virtu- tis: sed non negat esse etiam peccati vlti- ones. Vnde in Pl. 50. ait: Veritatem dilexi- sti, hoc est, impunita peccata eorum etiam, qui- bus ignoscis, nõ dimisisti. Sic prærogasti mise- ricordiam; vt seruares & Veritatem? 3. Cal- vinus ibid. c. 8. §. 6. Non modo infirmita- tem nostram præuenire; sed præsertim etiam delicta corrigere habet Deus; Vt nos in legiti- ma erga se obedientia contineat. Proinde, quoties affligimur, subire protinus in mentē debet anteacta vita recordatio: ita reperie- mus nos admisisse, quod dignum eius modi ca- stigatione esset.

DI C O A D I. Causa mortui filii Da- uidis dicitur, 2. Reg. 12 non, vt in futurum caueat; sed quia blasphemare fecisti inimico- nomen Dei, propter verbum hoc filius tuus mo- rietur. Ideo etiam fleuit Dauid, ad luen- dam præteritum malum; non ad cauend- dum futurum.

AD II. Infantes mortem subeunt; at in quam exercitatio- nem virtutis? Planè in pœnâ peccati præ- teriti, Gen. 2. Quæcumq; die comederis, mor- te morieris Rom 5. Et ita in omnes homines mors transit, in quo omnes peccauerunt. E- ffit, fit quandoq; mors materies virtutis; nõ tamē, idè dicitur esse pœna peccati.